

D. CAECILII  
CYPRIANI  
EPISCOPI CAR-  
THAGINIENSIS  
ET MARTYRIS  
OPERA.

*Num. 2. cap. 4. num 10.*

VIRTYE DVCE,



COMITE FORTVNA.

*Duplico*

APVD SEB. GRYPHIVM  
LVGDVNI,  
1550.

*ex del. Comp. de H. de falca  
de f. lib. 1000*



D. C. A. B. C. E. L. L. I.  
CYPRIANI

Esta conforme al expediente de el  
expurgado publicado el año de 1614  
y así conforme por particular a  
misión de el Sr. off.º ~~ambrosio~~  
en Salav.º año de 1615 a 6. de dicitio

Esta expurgado conforme al expurgatorio  
de este año de 1632. y así lo firmo por  
comisión del Sr. officio Salav.º a 22. de Nov. 1632

Luis Diaz

Noñade el expurg. de 1707

A. P. D. S. E. B. G. R. Y. P. H. I. V. M.  
1770.

priani, meminit autem Pipini regis Aquitanorum, qui si is est in quem Stephanus pontifex transtulit imperij titulos, immensum est interuallum annorum.

Folio 168. Mihi quidem fidelissime Laurenti.) Stylus satis arguit, hoc opus non esse Cypriani: & inter opera Hieronymi fertur inscriptum Ruffino. Nec abhorret phrasis à phrasi Ruffini: & inter huius opera magnifice de symbolo meminit Gennadius, quod adeò præclare dicit esse disertum, ut ceteri ad hunc nihil dixisse uideantur.

Folio 215. Promiseram quidem uobis.) Libellus hic eruditi facundiq; hominis esse negari nec debet, nec potest. Et consentiunt quædam schemata, in quibus tamen hic magis immodicus, quàm Cyprianus: uerù aspersa sunt uerba quædam, non referentia puritatem Cyprianae dictionis: uelut illa: Quoties inordinaliter credimus, ac contubernalitas. Item conugalitas, & uulgaritas. Item absentare, pro separare. Item constitutionarij, & repulsorium: pullulat uitia, pro producit: & naufragalis, & corpus ancillat, pro effeminat. Item frequentiuum, aliq; his consimilia. Quamquam uidetur episcopus, aut alioquin autoritate præditus fuisse: nam sic inquit alicubi: Vos autem filij charissimi non tantum persuasione, sed etiam potestate conuenio. In hoc libello citatur locis paucis iuxta ueram ac Græcorum lectionem: Non ergo blasphemetur bonum uestrum. atq; ita legitur in uetustissimis codicibus, ad quos hæc contulimus.

Folio 161. Solent matres.) Nec hoc opus esse Cypriani stylus arguit, licet hominis sit eruditi, quales etas illa cõpuleres habebat. Præterea nec habebatur in exemplaribus manu descriptis, quibus usus sum: & in editione Badiana separatim habebatur à reliquo uolumine. Vita Cypriani interiecta, in prioribus editionibus omnino non habebatur, sed



DIVI CAECILII CYPRIANI EPISCOPI CARTHAGINIENSIS EPISTOLARVM LIBER I.

EPISTOLA PRIMA.

Cæcili Cypriani epistola ad Cornelium Papam, de fidei Christi confessione cōgratulantis, & hortantis, ut constanter & firmiter ad omnem patientiam perseveret.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI SAL.



COGNOVIMVS, frater charissime, fidei ac uirtutis uestræ testimonia gloriosa, & cōfessionis uestræ honorem sic exultanter accepimus, ut in meritis ac laudibus uestris nos quoq; participes ac socios compute- mus. Nam cum nobis & ecclesia una sit, & mens iuncta, & indiuidua concordia, quis non sacerdos in sacerdotis sui laudibus, tanquàm in suis proprijs gratuletur? aut quæ fraternitas in fratrum gaudio non ubiq; lætetur? Exprimi satis non potest, quanta ista exultatio fuerit, & quanta letitia, cum de uobis prospera & fortia comperissemus, ducem te illic confessionis fratribus extitisse, sed & confessionem ducis de fratrum consensione creuisse, ut dum precedis ad gloriam, multos seceris gloriæ comites, & confessorem populum suaseris fieri, dum primus paratus es pro omnibus confiteri: ut non inueniamus quid prius

Fidei unitas cōgratulationis causa.

Ducis confessio subditorum est conuersio.

# ALTER TO

MVS OPERVM

D. CAECILII

CYPRIA-

N 1.



Quorum catalogum uersa pa-  
gella reperies.

VIRTUTE BVCE,



CONITE FORTVNA.

APVD SEB. GRYPHIVM

LVGDVNI,

1550.



# D. CYPRIANI

ADVERSUS IUDAEOS LI-

ber primus ad Quirinum, cuius argu-  
mentum subscripta epistola  
continet.

CYPR. QVIRINO FILIO SAL.



BTEMPERANDVM fili  
charissime desiderio tuo spirituali,  
impensissima petitione diuina magi-  
steria poscenti, quibus nos Dominus  
per scripturas sanctas erudire di-  
gnatus est & instruere, ut à tenebris  
erroris abducti, & luce eius pura

& candida luminati, uiam uitæ per sacramenta salutaria  
teneamus. Et quidem sicut petisti, ita à nobis sermo compo-  
situs, & libellus compendiosa breuitate digestus est, ut quæ  
scribantur non copia latiore diffunderem, sed quantum me-  
diocritas memorie suggererat, excerptis capitulis & an-  
nexis necessaria quæq; colligerem, quibus nõ tam tractasse,  
quàm tractantibus materiam præbuisse uideamur. Sed &  
legentibus breuitas huiusmodi plurimum prodest, dum non  
intellectum legentis & sensum liber longior spargit, sed  
subtiliore compendio, id quod legitur, tenax memoria custo-  
dit. Complexus sum uerò libellos duos pari æqualitate mo-  
deratos; Vnum quo ostendere mixi sumus Iudæos secundum  
que fuerant ante prædicta, à Deo recessisse, & indulgētiam  
Domini, quæ sibi & pridem data, & in posterum promissa  
fuerat, perdidisse. successisse uerò in eorum locum Christia-  
nos fide Dominum promerentes, & de omnibus gentibus

ad 2 ac de

